



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Henr. Harphii Theologi Ervditiss. Ordinis
Minorvm, Ac Rervm Divinarvm Contemplatoris eximij.
Theologiæ Mysticæ Libri Tres**

Henricus <Herpius>

Coloniæ, 1611

Secundus consurrectionis gradus per spiritualem ebrietatem. Cap. XLI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37362

Dolor desiderij gratitudinis duplex.

gratia & deuotione, confurgit in ea ex consideratione immensorum beneficiorum à Deo receptorum, desiderium aut affectio quadam ardens Deum laudandi, honorandi, & gratias agendi. Ex desiderio autem gratitudinis geminus consequenter nascitur dolor: vnus ex defectu, quòd scilicet Deum non praeualerit sufficienter laudare, honorificare, & gratias agere: alius confurgit ex desiderio profectus & incrementi virtutum, in quo se semper deficere dolet, & ista duo stimulant eum ad proficiendum.

Secundus consurrectionis gradus per spiritualem ebrietatem.

Cap. XLI.

Deliciae spirituales.

Secundus gradus istius consurrectionis, perficitur in sapida voluptate deliciarum spiritualium: quarum suauitate gustata, repente cor & omnes sensitiuae potentiae tanto torrente diuinæ voluptatis porfluuntur, vt se spiritus amans aestimet ineffabilibus diuinis amplexibus penitus inuolutum. Quæ deliciae spirituales sunt maiores omnibus mundi voluptatibus in vnum conflatis, etiam si omnes pariter capere posset vnus homo. In cuius voluptatis infusione Deus per dona sua cordi sic affecto pariter illabitur, magno ardore sui amoris ipsum inflammans, secumque ferens tantæ suauitatis sapore & spiritualis iucunditatis consolationem, vt cor ipsum melliflua faciat voluptate exundare, homoque se continere nequeat, quin voluptas illa erumpat: quia repente inde oritur spiritualis ebrietas, de qua Dominus noster in Canticis dicit: *Bibite amici, & inebriamini charissimi.* Sed ista est adhuc grossa ebrietas, tanquam si rusticus ebrius esset à vino, quòd non esset assuetus bibere.

Cant. 5.

Ebrietas spiritualis.

Sciendum verò quòd spiritualis ebrietas est vberior affectiui saporis & internæ voluptatis in corde receptio, quam cor ipsum possit exoptare aut digerere: qua humanum cor tanto stimulo diuinæ amoris & desiderio diuinæ fruitionis tam valide inflammatur, apertisque artibus & meatibus in seipso in tantum dilatur, vt sibi appareat pectus nimis paruum fieri, seque ibi ita angustatum, vt necesse sit vberitatem spirituum cum violento ardore erumpere. Flammam etiam amoris magna abundantia voluptatis confortam, cogitur signis exterioribus manifestare, velit nolit: quia sua violentia impetuositate commouet totum hominem, quemadmodum Apostoli donati Spiritu sancto, videbantur ebrii esse musto: quia huiusmodi feruor in fuis cordibus inexpertis

Actor 2.

peris & in exercitatis, in primis non potest compesci quin erumpat in-
 fueris gestibus, quos foris ostendunt: sicut vinum nouum recenter in-
 fusum vali ebullire necesse habet, quod tamen postmodum non ebul-
 lit, sed ab omni operatione vel feruore quiescit: sic etiam ista superabū-
 dans gratia erumpit foras in gestib⁹ exterioribus varijs modis, in qui-
 busdam per cantica diuina & iubilationes, in alijs copiosis lachrymis
 & gemitibus, in alijs diuersis in fueris vocibus aut sonis, quos edunt, sic-
 ut frater Massæus, qui in sua iubilatione aliud non loquebatur nisi v. Frater Mas-
 v. v. a. Alij membris omnibus tremunt, aut quibusdam membris aded saus.
 inquieti sunt, vt cogantur currere, quemadmodum legimus de fratre
 Bernardo, primo filio spiritali S. Fracisci, quod plerumq; multis die-
 bus currere consuevit per montes & valles. Alij coguntur saltare: a li- Frater Ber-
 manibus plaudere: alij interius magnitudine voluptatis liquefcunt:
 quidam etiam habent aded vigorosos impulsus, vt eis videatur, se præ
 abundantia voluptatis rumpendos inftar vasis absque spiraculo multo
 pleni. Et istis similia contingunt modis innumeris, quibus omnibus
 abundantia spiritus manifestatur. Et hæc est delicatior vita, quam re-
 cipere possumus secundum inferiores animæ vires, collectas in vnitate
 cordis.

Pericula in isto exercitio contingi solita. Cap. XLII.

Consequenter in isto gradu duo consideranda occurrunt: Primum
 est, de exercitio aspirationis, de quo in præcedentibus tetigi, quod
 scilicet illud in hoc gradu aded violentum & impulsuum effici-
 tur, quod homo in sua ad Deū conuersione statim sentit circa cor ma-
 gnum validumq; motum: quia cor saltat in pectore velut piscis in a-
 qua: & tunc repente sensitiuæ vires colliguntur in vnum, & in vna
 affectione liquefcunt, ita vt omnem distractionem oporteat cedere. Il-
 lis autem, qui in ista via se bene aut fideliter exercitauerūt, istud con-
 tinget, quoties & statim vt se ad Deum conuertere voluerint, etiam Cordis im-
 millesies in die. Quando igitur aliquantisper circa istam introuersio- pectus.
 nem perseuerare vult, tantam violentiam cor suum ab affectionibus
 sustinebit, quod exteriora membra sua compescere non valebit, quia
 exterius bene aduertatur ab eo, qui huius rei intelligentiam aut expe-
 rientiam habuerit. Cor etiam in corpore nō solum saltabit, verū etiam
 aperiet se, & claudet in modum ianux, ita vt plerumq; etiam audiri
 possit. Ex hac magna cordis agitatione sæpe venit in caput ascenden-
 do magnus vctus, ac si gladio caput ipsum percuteretur: quia impulsus
 D d d d cordis